



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoría**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Mogvntiae, 1672**

XXX. De Apostolis qui in conjugio vixerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14478**

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

CAPUT XXIX.

Περί Νικολάου ἑπ' ἀπ' αὐτῶν κλημίνων.

**Ε**πιτέτων δὴτα καὶ ἡ λεβομήτων Νικο-  
 λαϊτῶν αἵρεσις, ἣτι σμικρῶτατον σωέ-  
 ση χρόνον. ἥς δὴ καὶ ἡ τῆ Γωάννης Ἀποκάλυ-  
 ψης μνημονεύει. ἔστι Νικόλαον ἓνα τῶν ἀμ-  
 φιτόν Στέφανον διακόνων πρὸς τῶν Ἀποστό-  
 λων ἣτι τῆτων ἐνδεῶν θεραπεία προεχει-  
 ρισμένων ἡνυχου, ὅγε μὲν Ἀλεξανδρεὺς  
 Κλήμης ἐν τρίτῳ σημειάζει ταῦτα περὶ αὐτοῦ  
 καὶ λέξει ἰσορεῖ ὡραία φασὶ γυναῖκα ἔχων  
 ὄσση, καὶ τὴν ἀνάληψιν τῶν τῆ ζωτῆρ<sup>ο</sup> πρὸς  
 τῶν Ἀποστόλων ὀνειδωθεὶς Ζηλοτυπίαν, εἰς  
 μέσον ἀγαθῶν, γῆμαι τῶ βελομένο ἐπέπε-  
 ψεν. ἀκόλαστον γὰρ εἶναι φασὶ τῶν προῶν  
 ταύτῳ ἐκείνῃ τῆ φωνῆ, τῆ ὅτι ὡραία φασὶ  
 τῆ σαρκὶ δεῖ. καὶ δὴ κατακολοκλήσαντες τῶ  
 γενημῶν, τῶ τε εἰρημένῳ ἀπῶς καὶ  
 ἀδασανίως, ἀναίδῳ ἐκπρονεύσιν οἱ τῶ  
 αἵρεσιν αὐτῶ μελιόνας. πυνθάνομαθ' ἐγὼ τοῦ  
 Νικολάου, μηδεμίαν ἑτέρα παρ' ἡν ἔζημε κε-  
 χεῖσθαι γυναῖκί τῶν τε ἐκείνῳ τέκνων, τὰς  
 μὲν θηλείας, καταγεῖσθαι παρθένους. ἀφθο-  
 ρον ἢ διαμείναι τὸν υἱόν. ὧν ἔτιως ἐχόλιον,  
 δοσολη πάθος ἦν, ἢ εἰς μέσον τῶν Ἀποστόλων  
 τῆς Ζηλοτυπιμένης ἐκκύκλησις γυναῖκός· καὶ  
 ἡ ἐγκρατεία τῶν ὡραίων δάσων ἡδονῶν, τὸ  
 ὡραίων τῆ σαρκὶ ἐδίδασκειν. καὶ γὰρ οἶμαι  
 ἐβέλετο τῆ τῆ ζωτῆρ<sup>ο</sup> ἐνδόν, δυσι Κυ-  
 ρίοις δευεῖν, ἡδονῆ καὶ Κυρίῳ. λέγουσι γοῦν  
 καὶ τὸν Ματθίαν ἔτω διδάξαι. σαρκὶ μὲν  
 μάχεσθαι καὶ ὡραίων, μηδὲν αὐτῆ πρὸς  
 ἡδονῆν ἐνδιδόντα. ψυχὴν ἢ αὐξην διαπίσεως  
 καὶ γνώσεως. ταῦτα μὲν ὡν περὶ τῶν κατα-  
 τὰς δηλαμένῳ χρόνῳ ὡραίων βεβούσαι τὴν  
 ἀλήθειαν ἐγκεχειρηκότων, λόγῳ γεμῆν θάτ-  
 τον εἰς τὸ παντελῆ ἀπεσσηκότων εἰρηδῶ.

*De Nicolao & sectatoribus ab eo cognominatis.*  
**S**ub idem tempus hæresis quæ dici-  
 tur Nicolaitarum, brevissimo tem-  
 poris spatio permansit, cujus etiam  
 mentio fit in Revelatione Joannis. Hic  
 Nicolaum quemdam, unum ex illis qui  
 ad curam inopum gerendam unâ cum  
 Stephano ab Apostolis constituti fue-  
 rant ministri, sectæ suæ auctorem jaçta-  
 bant. De hoc autem Clemens Alexan-  
 drinus in tertio operis quod *γραμματικῶς*  
 inscribitur libro, hæc narrat ad verbum.  
 Cum haberet formosam uxorem, post  
 adscensum Domini objurgantibus A-  
 postolis, & zelotypiam ei objicien-  
 tibus, productam in medium uxore-  
 rem, cui vellet ducere permisit. Hoc  
 enim factum affirmant planè consenti-  
 re cum illo ejusdem dicto, sua quemque  
 carne abuti oportere. Hoc igitur fa-  
 ctum dictumque temerè atque impru-  
 denter pro exemplo sibi proponentes  
 Nicolai sectatores, licenter in omne  
 genus stupri feruntur. Atqui de Nico-  
 lao sic accepimus, nullius eum mulieris  
 præterquam illius quam uxorem duxe-  
 rat, concubitu usum fuisse: Et ex ejus li-  
 beris filias quidem usque ad extremam  
 ætatem virgines permansisse: filium ve-  
 rò ipsum quoque Veneris expertem vi-  
 xisse. Quæ cum ita sint, illa uxoris, ob  
 quam Zelotypiæ arguebatur, coram  
 Apostolis productio, indicium erat af-  
 fectus domiti atque extincti: & verbis  
 illis sua quemque carne abuti oportere,  
 voluptatum quas homines tantopere  
 appetunt, fuga & continentia doceba-  
 tur. Nam juxta Domini præceptum  
 duobus simul dominis servire volebat,  
 voluptati & Christo. Quin & Matthias  
 idem docuisse dicitur, carnî quidem  
 bellum indicendum, eaque abutendum  
 esse, neque ullam ei permittendam vo-  
 luptatem: animam verò fide ac scientia  
 augendam esse. Atque hæc de his qui  
 circa hæc tempora veritatem corrup-  
 pere adorti, dicto citius extincti sunt, à  
 nobis dicta sufficiant.

Huc refer Niciph. l. 3. c. 15.

B

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

CAPUT XXX.

Περί τῶν ἐν συζυγίαις ἕξταδόνων Ἀποστόλων.

*De Apostolis qui in conjugio vixerunt.*

**Ο** Μέντοι Κλήμης ἔ τὰς φωνὰς δευτε-  
 ρῶς ἀνεγνωμεν, τοῖς ὡραίων ἐξῆς  
 δια τὰς ἀθετουῦτας γάμον, τὰς τῶν δο-  
 τῶν

**P**orro Clemens cujus verba modo  
 recitavimus, post illa quæ à nobis  
 relata sūt, enumerat Apostolos qui uxo-  
 res habuerant, in gratiam quorundam  
 N iij

Vide Ni- cephor. l. 2. c. 44.

qui nuptias damnabant. An forte, inquit, Apostolos improbabant. Petrus enim & Philippus liberos ex legitimis nuptiis procreaverunt. Philippus etiam filias viris collocavit. Paulus quoque in quadam epistola suam ipsius conjugem compellere non veretur. Quam tamen ideo secum minimè circumduxit, ut expeditior ministerium suum obiret. Sed quoniam in hunc sermonem incidimus, non pigebit aliam quoque memoratu dignam ejusdem Clementis narrationem apponere, quæ in septimo ejusdem operis libro refertur in hunc modum: Ajunt, inquit, beatum Petrum, cum uxorem suam duci ad supplicium vidisset, gaudio exultasse, quod à Deo vocata, ac mox in patriam reditura esset: eamque proprio nomine compellentem, hortatorio & consolatorio vocis sono inclamasse: Mulier memento Domini. Hujusmodi erant Sanctorum connubia: hujusmodi erat carissimorum perfecta dilectio. Atque hæc utpote præsentis argumento accommodata, opportunè in hunc locum conjecimus.

σολων δεξαδένιας εν συζυγίαις καταλείψασα. Πέτρος μὲν γὰρ καὶ Φίλιππος ἐπαυλοποίησαντο. Φίλιππος δὲ καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ φράσων δεξάδακε. καὶ ὁ γε Παῦλος οὐκ ἐν τῷ ἐπιτολῆ τῷ αὐτῷ περισαγορεύεται συζυγον, ἢν ἔπεισόμιζε, διὰ τὸ τῆς ὑπερσίας εὐσαλῆς. ἐπεὶ δὲ τῶν ἐμνήσθημεν, ἡλεπεί καὶ ἀλλήν ἀξιόδηγόν ἰσορῶν τῶ ἀποσταθῆσας, ἢν ἐν τῷ ἐβδόμῳ σερμαλί τῶ ἰσορῶν ἀνέγραψε τὸν τσοπον. Φασὶ γοῦν τὸ μακάριον Πέτρον, θεασάμενον τῷ αὐτῷ γυναικα ἀπαγορῶν τὴν ἐπιθανάτω, ἡδὴ τῆν μὲν τῆς κλήσεως χάριν καὶ τῆς εἰς οὐρανὸν ἀνακομιδῆς. ἐπιφωνήσας δὲ μάλα περὶ τῆς κλητικῆς καὶ ἀσκητικῆς ἑξ ὀνόματος ἀσσειπόντα. μέμνησο ὡς αὐτῆς Κυρίως. τοιαῦτα ἦν ὁ τῶν μακαρίων γάμος, καὶ ἡ τῶν φιλιππων τελεία διάθεσις. καὶ ταῦτα ἐξ οἰκείας οὐκ ἐστὶν μὲν χεῖρας ὑποθέσει, ἐν ταῦθα μοι καὶ ἔσθην κείτω.

CAPUT XXXI.

De Joannis & Philippi obitu.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ΄.

Περὶ τῆς Ἰωάννου καὶ Φιλίππου τελευτῆς.

Vide Niceph. l. 1. c. 35.

DE Paulo quidem & Petro, tempus & modum cædis, locumque in quo cadavera ipsorum deposita sunt, jam superius retulimus. De Joanne vero tempus quidem ipsum aliqua ex parte designavimus: locus vero in quo sepultus est, ex Polycratis qui ephesinorum ecclesiæ Episcopus fuit, epistola demonstratur. In qua scribens ad Victorem Romanæ urbis Episcopum, Joannis simul ac Philippi Apostoli, ejusdemque filiarum mentionem facit his verbis: Nam & in Asia, inquit, magna quedam lumina extincta sunt, quæ sufficitabantur in novissimo die adventus Domini, tunc cum de cælo veniet cum gloria, & universos Sanctos requiret: Philippum intelligo, qui fuit unus ex duodecim Apostolis, mortuusque est Hierapoli cum binis filiabus quæ in virginitate consenuerunt. Altera quoque ejus filia quæ spiritualem quandam vitam duxit, Ephesi sepulta est. Sed & Joannes, qui supra pectus Domini recubuit, fuitque Sacerdos Dei laminam gestans, & martyr & doctor, hic inquam, Joannes in urbe epheso conditus jacet.

Παῦλος μὲν οὖν καὶ Πέτρος τῆς τελευτῆς, τε χρόνον καὶ ὁ τόπον, καὶ ἀποστολῆς τῆς μὲν τὴν ἀπαλλαγῆναι ἔβρι τῶν σκηνωμάτων αὐτῶν ἀκαθάρσεως ὁ χῶρος, ἢν ἀσπετέρον ἡμῖν δεδήλωται. ἔδὲ Ἰωάννης, τὰ μὲν ἔχρονος ἡδὴ πως εἰρηματὸ δὲ γε ἰσκηματὸς αὐτῷ χωρίον, ἔξ ἐπιστολῆς Πολυκράτους. τῆς δὲ ἐν Ἐφέσῳ παροιχίας Ἐπιστοπῶν οὐκ ἦν, ἐπιδείκνυσαι. ἡ Οὐκίτοσι Ρωμαίων Ἐπισκόπων γράφων, ὅμῃ τε αὐτῶν καὶ Φιλίππου μνημονεύει τῶ Ἀποστόλων τε τῶν θυγατέρων ὡδὲ πως. καὶ γὰρ καὶ κατὰ τῷ Ἀσίαν μεγάλα σοιχεῖα κακοίμηται ἀπὸ ἀνασῆσαι τῆ ἐχάτη ἡμέρα τῆς παρσσίας τῶ Κυρίως, ἐν ἡ ἔρχεται μὲν δόξης ἔξ ἔρανε, καὶ ἀναζητήσει πατατὰς ἀγίως. Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα Ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν ἰεραπόλει. καὶ δύο θυγατέρες αὐτῷ γένηται καὶ παρθένοι. καὶ ἑτέρας αὐτῶν θυγάτηρ ἐν ἀγίῳ πνεύματι πολυεύσασα μὲν, ἢ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται ἐπὶ τῷ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ σῆμα τῶ Κυρίως ἀναπεσῶν.